C. D.

DE

JURE INVESTIENDI STATUS IMPERII, GERMANICI ROMANI,

Von

Reichs-Belehnungen/

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PRÆSIDE

DN. PETRO MÜLLERO, JCto,
CONSIL. SAXON. ET PANDECT. PROF.

Ad d. Julii CIϽ IϽCLXXXV.
diſputabit Autor

CARL ANDREAS SEYFERT,
HALLENS. SAXO.

JENÆ
Typis EHRICHIANIS, 1706.

Digitized by Google

Digitized by Google

PROOEMIUM.

SÆpius à prudentibus dictum eſſe audivi: *Jus feudale eſſe matrem Juris publici Germanici.* Id quod verum ſit, oſtenſu facile eſt, quemadmodum enim Jus Juſtinianeum ad principia noſtræ publicæ Jurisprudentiæ nihil, vel parum conducit, & ſpecialia Jura Status fruſtra ac impertinenter ex antiquo Romanorum Jure probantur, quoniam alia Reipublicæ modernæ facies eſt, ac veteris fuit; ita alias quærendus nobis fons venit, ex quo explicatio jurium Statuum Imperii hauriri queat. Jus feudale nos docet, quid & quale beneficium ſit, quô Vaſallus fit conjux domini 2. *feud.* 58. & ita unitur cum hoc, ut de dominio quod habet, large participet, ejusque effectibus & dignitatum radiis ejus illuſtretur, non ſecus ac uxor rerum divinarum, humanarumque ſocia fit cum ſuo marito. Jus Publicum nobis monſtrat, Status Imperii tantam dignitatem; eamque regiam per modum feudi habere ab Eo, qui ipſe Rex eſt, quique ea jura aliis communicavit, ut quod ille in ſuo regno, hi regia manu in ſuis territoriis facere poſſint, & quod regimen Principum Imperii in regionibus ſuis ſit Majeſtatis æmulum. Quid quæſo hoc aliud eſt, quam Jus Statum noſtræ Reipublicæ tractans ex Jure feudali potiſſimum eſſe explicandum; ut vere quis dicere poſſit:

Digitized by Google

Ubi deſinit feudiſta, ibi incipit Publiciſta. Quo igitur felicius ſtudiis meis conſulerem, ſtudium privatæ jurisprudentiæ cum ea, quæ Juris publici eſſe dicitur, hactenus conjungere volui. Cujus Speciminis exhibendi cauſa, præſentem materiam *de Jure inveſtiendi Status Imperii Germanici Romani*, utpote ex utroque jure feudali æque, ac publico mixtam ſelegi, eruditorumque examini ſubjeci. Rem ita tractaturus ſum, ut cap. I. *fiat evolutio vocabulorum, quæ in Rubrica conſpiciuntur, & deſcriptio rei exhibeatur.* II. *Quis jure inveſtiendi Status Imperii gaudeat.* III. *Quinam inveſtiantur.* IV. *In quibus rebus fiat inveſtitura.* V. *Quomodo ſtatus inveſtiri ſoleant.* VI. *Quinam ſunt inveſtituræ effectus.* VII. *Agitur de affinibus &* VIII. *Tractantur Contraria.* Huic labori ut felix ſit exitus, ex alto benedicat alma Trias!

CAPUT PRIMUM
tractans
Evolutionem nominum ac Deſcriptionem rei.

SUMMARIA.

Theſ. I. *Etymologia juris, & quomodo hic ſumatur.* II. *Inveſtire unde deſcendat, & quid ſit inveſtire.* III. *Actus inveſtituræ non uniformis eſt, quid ſit proprie, & impropriè inveſtiri.* IV. *Status vocabl. homonymia, Etymologia, Synonymia, & an Status dici poſſint ſubditi.* V. *Imperii vocis homonymia, & quæ ſignificatio hujus loci ſit.* VI. *An rectius dicatur Romano-Germanicum ſ. Germanico-Romanum.* VII. *Definitio juris inveſtiendi, cur dicatur reſervatum feuda quæ conferuntur Statibus dicuntur* Reichs-Lehn/ Fahnen-Lehn/ Scepter-Lehn/ *quæ feuda dicuntur Cambucæ.*

Th. I.

Quoniam commune JCtorum concluſum eſt: pendere genuinum rerum intellectum à vera verborum cognitione

&

Digitized by Google

& intelligentia; Imò ipſe Imperator in eo plurimum laborat, ut res aptis & convenientibus denotentur nominibus. *§. 3. Inſt. de donat.* ac multi juris textus hoc evincunt. *vid. pr. Inſtit. de libert. §. 3. Inſt. de Tutel. l. 1. ff. de J. & I. l. 2. §. 2. ff. de R. C. l. 1. ff. d. pactis.* haud incongruum erit, priusquam rem ipſam tractandam aggrediamur, de vocabulorum notatione hic loci paucis tamen tractare. A Juſtitia Jus dici, patet *arg. l. 1. ff. d. J. & I.* Alias derivationes videre licet apud Wilhelmum Grotium. *§. 2. c. 1. d. princ. Jur. Nat.* Vocabulum *Juris* quam variè accipiatur. vid. D. Rebhan. *in bodogeta juris Chart. 2. clim. 1. parallel. 8.* Hoc loco ſumitur pro facultate & poteſtate alicui faciendi aliquid jure tributa; quemadmodum dicitur Jus libertatis, Jus tutelæ, & Curæ.

Th. II. *Inveſtire*, à quo inveſtitura venit, à verbo *veſtis* dicitur, & per metaphoram ad feudalia applicatur. Sicuti enim homo veſte veſtiri dicitur, ita Vaſallus feudo quaſi veſte veſtitus videtur poſſeſſione ſcl. rei. Finckelth. 2. *obſ. 7.* Andr. Knichen tr. *de inveſtiturarum pactionib. p. 1. c. 1. n. 1.* E contrario deveſtire, quo utitur Feudiſta 1. *feud. 7.* eſt veſte exuere, & privare aliquem feudo, & reveſtire pro reſtituere aliquem in priſtinum Statum Cujac. *ad 11. feud. 2. pr. Vultej. d. feud. l. 1. c. n. 5.* Alii putant, inveſtire, & inveſtituram, non tam latinam, quam barbaram eſſe vocem, ita, ut derivetur à Germanico veſt / quod Latinis ſignificat firmum. Bocer. *d. inveſtit. c. 1. n. 15.* ita, ut inveſtire idem ſit, quod confirmare, ſtabilire poſſeſſionem. Hottom. *in Comment. d. verb. feud. hoc verb.* Voſſius. *d. vit. ſermon. lib. 3. c. 16.* Latinæ originis eſſe exiſtimo; inveſtire enim apud Plinium *Lib. 35. c. 7.* eſt, prout pluribus oſtendit Voſſius. *d. l. lib. 1. c. 11.* Denotat itaque hoc verbum celebrare actum aliquem, quo non licet veſtibus, aliis tamen ſymbolis ac ſignis adhibitis, rei qualitas feudalis intimatur & confertur *2. f. 8. ibi: rei per beneficium inveſtitæ.*

Th. III. Inveſtiendi actus apud JCtos non uniformis eſt, modo eſt ille, quo alicui poſſeſſio quocunque jure conceditur. vid. Obrecht *de feudis lib. 2. c. 5. n. 4.* Sic quis de officio Eccleſiaſtico *c. 3. X. d. his quæ fiunt à major. part. capit. c. 4. 5. 8. & 10. X. d.*

Digitized by Google

Jure Patronat. d. præbenda per annulum dicitur inveſtiri. *c. 4. X. d. Conceſſ. præb.* vid. Leg. Longabard. *lib. 1. tit. 34. l. 3.* Capitul. Carol. Magni, & Ludovici Imper. *lib. 4. tit. 19. 41. 45.* In præſenti materia, quæ feudalis eſt, mere ad feudum refertur. *1. feud. 25.* denotatque ipſum inveſtiendi actum, aut propriè aut abuſivè ſumptum *2. feud. 2.* Verè & propriè dicitur quis inveſtiri, quando fit traditio per inductionem in feudum *2. feud. 33.* Impropriè dicitur inveſtiri, ubi non vera intervenit traditio, nec illa ipſa jus feudi conſtituitur, nec poſſeſſio ipſa feudi transfertur ſed ſignis quibusdam ſolennitatis cauſa, rei feudalis traditio repræſentatur. *2. feud. 2. add. 1. feud. 25. 2. f. 58. 4. 7. 26. §. ſi facta.*

Th. IV. *Status* vocabulum diverſas ſubit ſignificationes, partim ſumitur pro ipſa Republica in genere, vid. *Florus l. 4. c. 3. n. 8. in fin.* partim pro forma Reipublicæ *l. 2. §. 24. ff. d. O. I.* plures vid. in Calvini *Lexic. Jurid.* Limnæo *l. 1. J. P. c. 10. n. 1. tom. 1.* Hoc loco accipitur pro conditione & qualitate perſonæ, ac rei ſimul, quia perſonalis ſimul ac realis dignitas & qualitas eſt, Statum Imperii eſſe. Etiamſi Status Imperii in comitiis ſimul de negotiis publicis regni ſtatuunt, rectius tamen à *Stando*, quam ſtatuendo vox *Status* derivatur. Dixi à *ſtando*: quia ſtatus legitimam in Comitiis Imperii habent ſtandi perſonam, daß Er eine Stimme und Stand in Reichs-Verſamlungen habe. *R. I. d. anno.* 1500. §. 51. Wie die Irrungen, ſive quod in ſtatibus ceu Baſibus & columnis ſtet & ſubſiſtat ipſum Imperium, *Goldaſt. lib. 3. de regn. Bohem. c. 3. n. 4.* Synonymice Status Imperii noſtri vocantur Proceres Senatores, Cives, Conſortes & Membra Imperii. Reinking. *l. 1. cl. 4. c. 1. n. 3. R. I. de ann.* 1541. *in pr* eingeleibte Glieder der Käyſerlichen Majeſtät *R. I. d. ann.* 1542. §. und wiewohl 16. Chriſtliche Glieder des Heiligen Reichs Gailius *lib. 1. obſerv. 21. n. 9.* Dixi membra Imperii, in ſignificatu ſcil. excellentiori; alias membrum & Status Imperii differunt ut magis & minus: ſtatus enim omnis membrum eſt Imperii, ſed non omne membrum eſt Status. Nobiles Imperii immediati non minimum repræſentant Imperii membrum, nec tamen ſtatus ſunt, quia jure Comitiorum deſtituti. vid. D. Swederus *Introd. J. pl. part.*

Spe-

Special. Sect. 2. *c.* 1. §. 2. Carolus Quintus *R. I. d. ann.* 1524. §. weiter 34. nominat Status Imperii Christiana capita. Dum hic de Synonymis ſtatuum agitur, quærendum an etiam Status Imperii dici poſſint ſubditi Imperii? Negare videtur Oldenburg. *in Not. rer. Illuſtr. part.* 1. *Diſc.* 23. *n.* 2. ſed affirmativa ſententia verior eſt, ſi vocabulum ſubditus in ſenſu eminentiori ſumatur, & juxta illuſtrem Rhetium *in ſuis Inſt. J. P. G. R.* §. 2. *tit.* 3. *l.* 1. ab omni imperfectione politica purgetur, quæ juxta Magnif. Strykium *in ſuis prælect. ad dict. Inſtit. J. P.* in ſola parendi gloria, & pura carentia licentiæ de negotiis publicis ſimul ſtatuendi conſiſtit: confer. *Ordin. Cam. ann.* 1555. *part.* 2. *tit.* 1.

Th. V. *Imperii* vox, quæ à verbo imperare deſcendit, varias ſubit ſignificationes. Primò origine ſignificat actum & terminum ejus, quod quis imperat. Deinde ab actu transfertur ad potentiam & imperandi facultatem, quæ ratione materiæ & ſubjecti multiplex. Tum pro ſumma poteſtate Monarchica, ut & reliqvarum Rerumpubl. formis ac ſummis poteſtatibus uſurpata fuit. Crevit hujus vocis ſignificatio cum Imperio Romano in tantum, ut ſummam poteſtatem notaret in plures provincias & regiones, non æque regiam, ſed regia ſuperiorem, quæ ſub ſe comprehendat dependentes regias poteſtates. Poſtea interdum *Imperii* voce ordines & ſtatus alicujus Reipubl. capiti ſuo & Imperanti contradiſtincti dicuntur, interdum territorium & fines Imperii, eo nomine veniunt. Dicitur etiam Imperium tota aliqua Reſpublica & formali & materiali ſuo conceptu Imperantes, & provincias continens. Magnificus D. Schilter. *in ſuis prælect. ſuper Rhetii Inſtit. Jur. P.* Hic ultima intelligitur ſignificatio & denotat regni Germanici vices, excellentiori aliquo ſignificatu uſu Juriſpl. German. ſolenniſſato. Illuſtr. Rhet. *Inſt. Jur. Pl. lib.* 1. *tit.* 2. §. 148.

Th. VI. De Origine vocabulorum *Germanici-Romani*, quid addere ſuperfluum eſt. Hoc adjicere lubet; an rectius dicatur Romano-Germanicum, aut Germanico-Romanum? Si Conringium *in ſua diſſert. d. Imperat. Rom. Germ.* Sequamur, potius Germanico-Romanum dicendum. Carolus M. enim belli Jure Italiam, & reliquas Imperii partes occupavit, ibidem

demque ejuſmodi populos ejecit, qui pariter jure belli diu antea illas provincias poſſederant: quo jure ergo ipſi Romani provincias acquiſiverunt, belli ſcl. jure, eodem & amittere potuerunt. Hinc Germaniæ regnum non acceſſit Italiæ vel Romæ, ſed Italia aut Roma per occupationem bellicam acceſſit Germaniæ. *Magnificus Dominus Stryckius in ſuis prælect. ad Illuſtr. Rhet. Inſt. J. P. Lib. 1. tit. 2. §. 147.* Magis genuine ergo quod rem ipſam attinet, dicitur Germanico-Romanum.

Th. VII. Explicatis nunc Rubricæ vocabulis ipſam rei deſcriptionem ponamus: Eſt autem *Jus inveſtiendi Status Imperii Germ. Rom. Reſervatum Imperatoris, quo ipſe vel per ſe, vel per alios, actum inveſtituræ feudorum regalium, quæ Imperii Status ab Imperatore & Imperio recognoſcunt, perficit.* D. Sweder. *in ſua Introd. J. P. c. 9. §. 1.* Dicitur jus inveſtiendi ſtatus, reſervatum Imperatoris, quia hoc inter alia jura Imperatori ita relictum, ut illud ſolus tanquam cauſa efficiens, abſque Ordinum conſenſu ad Imperii utilitatem exercere valeat. Quicquid enim in Capitulationibus Statibus non commune eſt factum, id ſoli Imperatori intelligitur reſervatum. Feuda verò, circa quæ inveſtiendi actus verſatur, dicuntur in definitione *regalia feuda*, germanicè, Reichs-Lehn/ quia ab Imperatore tanquam capite Imperii Germ. Rom. dependent, & ſtatus cum hujusmodi feudis inveſtiti, in præſtatione juramenti fidelitatem promittunt. Vocantur quoque *feuda vexilli* Fahnen-Lehn/ darum daß die Käyſerliche Majeſtät denen weltlichen Fürſten ſolche Lehen mit Fahnen/ denen Geiſtlichen aber mit einen Schwerd verleihet. Beſold. *in theſaur. pract. verb.* Fahnen-Lehn. Appellantur etiam Scepter-Lehn/ per quæ tamen feuda Eccleſiaſtica, quæ conferuntur Archi-Epiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus & Prælatis, intelliguntur, & feuda *Cambucæ* dicuntur. An vero ſub dictione der Reichs-oder Fürſten Fahn-Lehn/ etiam Comitum & Baronum feuda comprehendantur, vidend. infer. *in cap.* 4. Sequitur ergo

CAP.

CAPUT SECUNDUM.

Quis jure inveſtiendi Status Imperii gaudeat.

SUMMARIA.

Theſ. I. *Feuda ab Imperat. primitus conceſſa ſunt loco præmiorum, ut & fideles haberent cives.* II. *Carolus M. primus in Germania contulit feuda regalia.* III. *Saxones Imperatores conceſſere ea Jure hereditario.* IV. *Nonnulla feuda ſunt oblata.* V. *Imperator confert feuda regalia.* VI. *Duobus electis Imperatoribus, ejus qui in Imperio confirmatur, feudorum conceſſio valet.* VII. *Rex Romanorum etiam feuda confert.* VIII. *Num Imperii Vicarii Jus inveſtiendi feuda regalia habeant.* IX. *Non competit Pontifici, niſi in feudis Eccleſiaſticis.*

Th. I.

Regium ſemper fuit, benè de Republ. meritos beneficiis afficere, ut ii ad majora præſtanda excitati, animum præclarè merendi etiam ad noſteros quaſi transmittere omnibus allaborent viribus. Quæ cauſa fuit antiquorum Germanicorum Imperatorum, ut Ducibus & Comitibus, quorum nomina olim erant officialium, ob fidem & virtutem bellicam tam opimas terras cum magna poteſtate ceu beneficia, quæ vocabant feuda, hereditario conceſſerint, modo de fidelitate ipſos hi feciſſent ſecuriores.

Th. II. Germanicorum Imperat: primus *Carolus* ob heroica facta *Magnus* dictus, qui nativitate, proſapia, moribus ac lingua germanus fuit, prout ex Procopio Cæſarienſi, Agathio, Zonara docet Eſpoldos Lindenbroch *in Chron. German. Carol. M. fol.* 12. feuda tanti momenti cum dignitate regia conceſſit; prout hoc doctè probat Thomas Franzius *in defenſion. pro*

Digitized by Google

Carolo M. primo feudorum autore in Italia. Patet hoc etiam ex teſtamento *Caroli M.* in quo hæc habentur verba: *Italiam, quæ Lombardia vocatur, & Bojariam, ſicuti Taſſillo tenuit, exceptis duabus villis quarum nomina ſunt Ingolſtatt & Lutrabahof, quas nos quondam Taſſilloni beneficiamus, id eſt, in feudum conceſſimus &c.* Idem *Carolus M.* Wittekindum magnum prius devictum ex ſingulari arcano politico Principem & Feudatarium Imperii effecit. *Andr. Wittich. genealog. Duc. Saxon. p. 1. cap. 1. f. 52.* Inſtitutum Caroli M. filius *Ludovicus pius I. Ludovicus II. & III.* item *Carolus Calvus, Carolus Craſſus*, cæterique eorundem in Imperiali ſede ſuccedentes ſecuti ſunt, & Ducatus Comitatusque tanquam feuda contulerunt vid. *Beat. Rhenan. Lib. 2. rer. german.* Kirchner. *d Republ. Diſp. 17. th. 3.* De Imperatore Ludovico I. C. M. filio ita Thegamus *in vit. & geſt. Ludov. Imp.* ait: *Erat Imperator in tantum largus, ut antea nec in antiquis libris nec in modernis temporibus auditum eſt, ut villas regias, quæ erant ſui, & avi & tritavi, fidelibus ſuis tradidit eas in poſſeſſiones ſempiternas, & præcepta conſtruxit, & annuli ſui impreſſione cum ſubſcriptione manu propria roboravit.*

Th. III. Quo autem tempore Ducatus Marchionatus, & Comitatus hereditario Jure ad poſteros tranſire cœperunt, definire difficile eſt. Illos ſub *Conrado primo*, & *Ottonibus* plenariè hereditarios factos eſſe ſtatuit Mylerus ab Ehrenbach *in Archolog. cap. 9. n. 1. ſeqq.* Beſoldus *P. III. Jur. Publ. cap. 6. p. 258. ſeq.* Nam *Heinricus Auceps* ſub Imperatore Cunrado anno 913. Ducatum ſuum hereditario & feudali Jure accepit, quo attentius contra Obotritos, aliosque Imperii hoſtes militaret. Georg. Fabric. *d. origin. Saxon. Lib. 2.* Lehmann. *Libr. IV. Chron. Spirenſ. c. 1.* Exindeque ſemina ſuperioritatis territorialis Statuum Imperii tum jacta eſſe, non inepte colligi poteſt. *Otto Magnus* nobili cuidam Hermanno Stuben-Käshorn/ quem aliàs hiſtorici Hermannum Bilingium vocant, aulæ ejus miniſtro, quem in Italiam profecturus ad defendendos Imperii terminos, Albi fluvio, qui Wandalis Marchiam conſtituit, præfecit, cum reverſus poſt quinquennium eſſet, ob heroica facta Luſatiam, una cum Burggraviatu Magdeburgenſi Jure hæreditario donabit, eique Ducatum Saxoniæ cum Principatu Lüneburgenſi conceſſit Knichen. *d. Saxon. non provoc. Jur. verb.*

Du-

Digitized by Google

Ducum c. 4. n. 56. Otto II. Fratrem Regis Galliæ Carolum Lotharingiæ Ducem conſtituit, ea lege, ut Imperii beneficiarius eſſet, & Ducatum hunc eo ordine ad poſteros transmitteret, uti ex Sigeberto Gemblacenſi, & Regimone refert Beſold. *in Synopſ. hiſtoriar.* Otto III. ditiones Imperii & territoria ut plurimum cum dignitate Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & Baroniæ ſub clientelari fide hereditario conceſſit. Cruſ. *in Annal. Suevic. part. 2. lib. 3. c. 7.* add. Dn. Mylerus ab Ehrenbach in *Archolog. Ordin. Imperial. c. 8. & ſeq.*

Th. IV. Ex his nunc patet, non omnia Imperii feuda per oblationis modum perveniſſe ad Imperatores: Seu Principum & Comitum Imperii feuda ex ſola voluntaria oblatione derivari. Interim tamen ſunt quam plurima feuda, quæ oblationi origines ſuas debent. Comitatum Waldeccenſem Haſſiæ primum Landgraviis & ab his mox ipſi Imperio in feudum oblatum eſſe, ex oblationis formula, denn Uffträgs-Brieff quam Schoppius *in Theſaur. feud. c. 1. Sect. 8. p. 133.* exhibet, conſtat. Ducatus quoque Brunſvico-Lüneburgici omnia, cum hactenus patrimonium allodiale (an potius feudum ſolare vid. Eyben. *diſp. d. tit. nobil. p. 135.* & Schurtzfleiſch. *Diſp. d. Heinr. Leon. in fin.*) fuerint, Imperio in feudum oblata eſſe, ſcribit Conringius *ad Lampad. III. 5. 28. p. 201.* princeps enim allodialia bona, v. g. Principatum vel comitatum habens poteſt eum Imperatori ac Imperio ut feudum offerre, h. e. directum dominium ſponte quaſi & ultro ſuperiori conferre, cum cuilibet integrum rem ſuum alienare vel ſimpliciter, vel cum modo, uti fit in oblatione feudi.

Th. V. Quemadmodum verò feudorum initium Imperatoribus adſcribitur, ita & hiſce Jus inveſtiendi ac ulterius conferendi feuda regalia, tribuatur. A. B. *cap. 5. §. 1. c. 29. §. 1.* Sic *Rudolphus. I.* Comes Habsburgenſis cum Auſtria ſuo tempore legitimo deſtitueretur hærede, eam Imperio vindicaturus, filio Alberto conceſſit; unde ducum Auſtriæ origo. *Sigismundus* quoque Imperator extinctâ in Alberto Urſorum familiâ, Saxoniæ Electoratum ad Imperium devolutum Friderico I. Marchioni Miſniæ in feudum dedit, ex quo hodierni Electores

Digitized by Google

Saxoniæ deſcendunt. Bocerus d. *Regalib. c. 2. n. 61.* Diſpenſat autem feuda Imperialia Cæſar non qua talis, ſed ut Germaniæ Rex ſuo & Imperii nomine, idque ſatis ex Juramento quo Imp. Principes pollicentur: Jhro Käyſerlichen Majeſtät / und dem Heiligen Römiſchen Reich getreu hold und gewärtig zu ſeyn. &c. patet. vid. Reinking. *d. & E. 1. 2. 2. n.* 201. & 202. Capitul. Leopold. art. 30. Bœclerus *in animadv. ad Hippol. à Lapide P. 1. c. 7. p.* 97. D. Sweder. *Introduct. J. Pl. part. Special. c. 9. §. 4.* Exinde etiam feuda Imperii vacantia, non ad ſolum Imperatorem, ſed ad Cæſarem & Imperium devolvuntur, unde Imperator pollicetur *capit, art.* 30. wann auch Lehen dem Reich und uns heimfallen werden &c. quod illa aliis absque Electorum conſenſu neque conferre, neque expectantias ſuper vacuturis concedere, ſed Imperio in corporare velit. Cujus autem partes hoc in actu potiores ſint Cæſaris an Imperii aliis decidendum relinquimus. Exercet verò hoc inveſtiendi Jus Statim ac electus eſt, non verò tunc demum, quando â Pontifice coronatus eſt; ſolam enim electionem aliquem verum & legitimum Imperatorem facere, oſtendit Hier. Balbus. *d. Coronatione cap. 18. ſeq.* Simul enim electus eſt Imperator, omne Jus & poteſtas ei competit, ita, ut omnes actus legitimè peragere & feuda regalia concedere poſſit. Matth. Stephan. *d. Jurisdict. Lib. 2. part. 1. c. 1. n.* 138. Reuſnerus. *Method. feud.* D. III. *th.* 41. Schrader. *d. feud. part. 4. c. 1. n. 10. ſeq. A. B. c. 5. §. 1.* Hoc non ignorarunt Baſilienſes, quando poſt obitum Ludovici Imperatoris Epiſcopo Bambergenſi ita reſponderunt: *Quemcunque Imperatorem Electores nobis dederint, hunc recipimus, etiamſi Papam nunquam requirat.* Mut. *Lib. 25. Chron. German.* D. Strauch. *Diſſert. Canonicar. 2. th. 20.* Hodiè mos còronandi per pontificem in deſuetudinem abiit, neque inde à Carolo V. Pontificis coronationem ullus Imperator deſideravit, ita ut non vanum hucusque augurium eorum fuiſſe videatur, qui, cum in Coronatione dicti Imperatoris Bononiæ celebrata pons ingens, ſuperquem ingrediebantur, corrueret, rem in omen vertentes ex fracto ponte, nullum deinceps alium Imperatorem coronatum iri, vaticinari auſi fuerint, uti ex Cornel. Agripp. refert Arumæus. ad *Aur. Bull, diſc. 2. th. 20.*

Digitized by Google

Th. VI. Caſu exiſtente, ubi duo Imperatores diſcordantibus Electorum votis electi eſſent, uterque feuda regalia quidem confert, ſed inveſtitura ante confirmationem facta ex futuro eventu pendet, ut ejus, qui in Imperio confirmatus fuerit, conceſſio valeat, alterius verò irrita habeatur. Setzerus *d. feud. Diſp. 4. th. 6.*

Th. VII. Quoad Regem Romanorum diſtinguendum inter illum, qui interregni tempore, & eum, qui vivo adhuc Cæſare eligitur. Ille non niſi nomine ab Imperatore differt, & æque ac Cæſar feuda conferre poteſt. Hic indultu Cæſareo, ordinaria tamen poteſtate feuda Imperii impertit. *Ordin. Camer. p. 2. tit. 7.* Reinking. *de Reg. Sec. & Eccl. cl. 3. c. 14. n. 49.* Thom. Michaël *d. Juriſdict. Imper. Concl. 29.*

Th. VIII. Imperii Vicarii, quorum in noſtra Germania duo ſunt, vel quod unus tantæ moli vix ſufficiat, vel, ne uni ſumma rerum commiſſa ſuggerat libidinem Imperii Gewold. *d. Septemvir. c. 11.* Imperatoris vicem quidem ſuſtinent *arg. L. 1. & 2. Cod. d. Offic. ejus qui vic. alter.* non tamen in omnibus par cum Eo, vel Rege Romanorum, exercent Imperium; ut proinde feuda regalia ſive ſint ſecularia, ſive Eccleſiaſtica conferre non valeant per *expreſſum textum. A. B. tit. 5.* ibi: ausgenommen der Fürſten Fahn-Lehn. Denn derſelben Lehen Verleihung behalten wir einem Käyſer und Römiſchen König. *Receſſ. Imper. Wormat. d. an.* 1521. §. und behalten uns vor ꝛc. adeò, ut nec abſente Imperatore de hiſce feudis Vicarii inveſtiri queant; juxta dict. *Receſſ. Imper.* §. und behalten uns vor / ibi: Und ſollen vorgemelte unſere Stadthalter und Regiment / aus endlichen Urſachen ſolcher Empfängniß / und ſonderlich ob wir auſſer dem Reich wären / nach Verſcheinung des erſten Jahrs / darinnen einem jeden ſeine Regalien zu empfangen gebühret / noch ein Jahr lang Indult und Erſtreckung zugeben Macht haben. Invenit ergo hic locum regula, quam Publiciſtæ formant; quod Vicarii omne id poſſint, quod poteſt Imperator, niſi expreſſe hoc ipſis ademptum. Minora autem Regalia per inveſtituram conferre queunt, & hoc nomine etiam Juramentum fidelitatis recipere juxta A. B. *c. 5.* §. 1. ubi tamen

 men

Caput Tertium.

Quinam inveſtiantur.

SUMMARIA.

Theſ. I. *Status definitio, requiſita.* II. *Bona ſtatus omnia non immediata eſſe debent, nec ſemper feudalia. Elector Brandenburgicus ratione Pruſſiæ regiam Majeſtatem habet.* III. *Diſtinctio ſtatuum.* IV. *Status declaratio totius Imperii eſt, eximia & præcellens ejus dignitas.*

Th. I.

Perſonæ, quæ inveſtiuntur, ſunt *Status Imperii.* De horum origine vid. Myler. ab Ehrenbach / *d. Princip. & Stat. Imp. Germ. c.9.* §.5.6.7.10.12. Dn. de Monzembano *de Statu Imp. Germ. cap.* 3. *Eſt* autem *Status Imperii ſuppoſitum, in comitiis Imperii votum & ſeſſionem habens, regulariter Imperii bona immediata poſſidens, & inde onera Imperii ferens.* Illuſtr. Rhet. *in Inſt. I. P. L.* 1. *tit.* 15. §. 3. Ratio ergo formalis Status Imp. in Jure ſuffragii & ſeſſionis in Comit. Imp. ſubſiſtit, quod ex immedietate fluit, hæc enim eſt cauſa voti & ſeſſionis in Comitiis, ut hinc qui immediatus eſſe deſiit, deſinit quoque Status Imperii eſſe. Magnif. Strykius. *in ſuis prælect. ad* D. Rhetii *Inſt. I. P. L.* 1. *tit.* 15. §. 3. D. Sweder. *I. J. Pl. part. Spec. Sect.* 2. *c.* 1. §. 2.3.5. Ob hanc cauſam Rex. Sueciæ Bremenſem civitatem in Comitiis ad votum & ſeſſionem huc usque admittere noluit, cum prætendat, eam ſibi eſſe ſubjectam. Argumentum verò ab immedietate, quoad Statum, valet negative; non affirmative, concludi ergo non poteſt; quicunque eſt immediatus, ille eſt ſtatus, alias *Liberi Nobiles* etiam eſſent ſtatus, quia ſunt immediati, ſed quicunque non eſt immediatus, ille non eſt ſtatus. Immediatus autem ſtatus eſſe debet non ſolum ratione perſonæ, ſed etiam bona, quæ territorii nomine veniunt ab Imperio immediata habeat, neceſſe eſt. *Receſſ. Imp. de anno* 1654. §. 197. ibi; und inſonderheit der

im

Digitized by Google

im Reich ohn mittelbahre Begütherung. *Capitulat. Ferdin. IV. art.* 45. *n.* 11. *ſeq. & Leopoldi. art.* 44. Hodiè aliter non admiſſio fit in Collegium Principum, licet ab Imperatore declaretur Princeps Imperii, niſi ſimul poſſidet bona Imperii tam immediata, quam ad hanc dignitatem ſufficientia, dignitas enim bonis iſtis immediatis annexa eſt; exinde cum Ferdinandus II. multos crearet Principes, Comites, & Barones, illi autem bona immediata ſufficientia non haberent, ad deliberationes & Imp. Comitia haud fuerunt admiſſi. Magnif. D. Schilter. *in ſuis prælect. ſuper* Rhet. *Inſt. L. P. L.* 1. *tit.* 15. §. 4. 5. D. Swed. *J. J. Pbl. part. Spec. Sect.* 2. *c.* 1. §. 9. Dixi in definitione ſtatus: *Onera Imperii ſerii ferens.* Hoc requiſitum non eſt eſſentiale, Status Imp. ſed potius ad ejus naturam pertinet; poteſt enim ſtatus Imp. per ſpeciale privilegium ab onere contributionis eximi. *R. I. d. anno* 1548. §. 56. uti exemplum eſt in domo Auſtriaca. Limn. *L.* 1. *c.* 7. *n.* 97. ſic Burgundia eſt Status Imp. nil tamen tribuit. Plura exempla vid. ap. D. Swed. *J. J. Pl. p. Sp. Sect.* 2. *c.* 1. *n.* 6.

Th. II. Non autem requiritur, ut bona quæ ſtatus qualitatem conferunt, feudalia ſint, Leges enim Imperii nihil amplius exigunt, quam ut habeat ſtatus unmittelbahre Reichs-Güther. *vid.* Dn. Eiben. *in elect. feud. c.* 9. §. 6. *p.* 187. Illuſtr. Rhet. *in Comment. ad Jus feud. Lib.* 1. *tit. p.* 65. Poteſt enim Status Imperii eſſe, qui allodium poſſidet, licet talia allodialia ſint admodum rara. Nec obeſt, licet non omnia ſint immediata, ſufficit, ſi aliqua modo immediata habeat. Sunt enim, qui certa bona ab Electore, vel alio Principe in feudum recognoſcunt, nec minus Imper. Status ſunt. Sic complures ſunt Comites in Germania noſtra, quorum maxima bonorum pars eſt Landſaſſicæ qualitatis ſub Ducibus ſc. & Electoribus, minima verò pars eſt imperio immediate ſubjecta. Una igitur perſona diverſis qualitatibus prædita, pro diverſa quoque ac diverſo Jure recte haberi poteſt. *R. I. d. anno* 1548. §. 69. nachdem auch & §. 71. auch der Graffen zu Tübingen. Quemadmodum enim Majeſtati non officit, habere ab aliquo, quiæque Majeſtate præditus eſt, bona in feudum recognoſcibilia v. g. Rex Sueciæ Pomeraniam citeriorem Vor-Pommern / cum Inſula Rügia, & è Pomerania ulteriori aliqua loca, ut & ducatus Bremenſem ac Verdenſem, inſimul Rex

Da-

Digitized by Google

Daniæ Holſatiam ab Imperio ceu feuda recognoſcunt. PRUSSIÆ reſpectu SERENISSIMUS & POTENTISSIMUS ELECTOR BRANDENBURGICUS, DOMINUS MEUS CLEMENTISSIMUS audit SUPREMUS DOMINUS MAJESTATE ceu poteſtate abſoluta gaudens, per *Inſtrum.* enim *Pac. Polono-Brandenb. d. anno.* 1657. quod Londorpius in *Actis publicis L.* 8. *c.* 101. refert. SOUVERAINETATEM habet in dicto DUCATU, quod ad ſingularem & magnam DOMUS BRANDENBURGICÆ eminentiam in ſpecie pertinet, vi cujus eminentiæ plenaria Majeſtatis Jura IPSI competunt, unde Nobiles eo intuitu ab IPSO creati, ubique locorum pariter, ut alii Nobiles exteri pro talibus reputantur, interim tamen alia bona, quorum reſpectu STATUS IMPERII eſt, ab Imperio feudali nexu habet. Sic e contrario, & in inferiori dignitatis gradu poteſt quis eſſe Landſaſſius, ſeu Status Provincialis, intuitu certi alicujus diſtrictus, & etiam Status Imp. eſſe, ratione bonorum immediatorum. Aliàs veriſſimum eſt, quod mediatus Imperii ſubditus qua talis, non poſſit eſſe ſtatus. vid. Illuſtr. Dn. Struvius *in Diſſert. de charactter. ſtat. S. R. G. J. aph.* 10.

Th. III. Diverſas *Statuum* diſtinctiones prolixe vid. ap. Dn. Swederum, *Intr. J. P. part. Spec. ſect.* 2. *c.* 1. §. 11. 12. 13. 14. Mihi hæc diviſio, qua Imp. *Status* in ELECTORES, PRINCIPES & CIVITATES IMPERIALES dividuntur, optima eſſe videtur, tam late ſeſe enim extendit, quam *Status Imper.* inque Comitiis etiam vota & ſuffragia per hæc tria feruntur Collegia, licet alias ratione Juris ſuffragandi magnum diſcrimen *Statuum* obtinet.

Th. IV. *Statum* verò *Imper.* conſtituere ſeu in tam ſublimis dignitatis faſtigium evehere, Imperatoris ſolum non eſt; Sed *Status* conſtituendi poteſtas penes totum Imperium effectivè reſidet, inprimis verò illius Colegii, cui Candidatus aſſociandus venit, conſenſu opus eſt. *Receſſ. Imp. de anno* 1458. §. Nachdem auch &c. ibi. So haben wir uns weiter mit denen gemeinen Ständen &c. *Capit. Leopold. art.* 43. *ibi monita Princip.* Non enim parva & exigua dignitas eſt, repræſentare Statum Imperii, & de feudo Regali eſſe inveſtitum; Imperii enim ratione ſummæ poteſta-

Digitized by Google

teſtatis participes ad gubernacula Imperii ſimul ſedent, reſpectu verò territoriorum ſuorum inſtar Regum ſunt, & Majeſtate analoga ſeu provinciali conſpicui fulgent. Quapropter etiam Carolus V. cum Granvellanus primarius aulæ ſuæ & ſtatus miniſter aliquando Eum ita alloquebatur; *Carole, qualis tu es Imperator? nil Principi minimo Germaniæ imperare potes*, aperte reſpondebat: ſe non Principum, ſed Regum eſſe Imperatorem. Sequitur

CAPUT QVARTUM.

In quibus rebus fiat inveſtitura.

SUMMARIA.

Theſ. I. *Feudorum definitio.* II. *Feudor. diviſio, qualia ſint Eccleſiaſtica. Elector Brandenb. Archiepiſcop Magdeb. ſub Ducatus titulo in feudum perpetuum tenet.* III. *Secunda & tertia claſſis feud. Eccl.* IV. *Quæ ſint Feuda ſecularia, eorumque Species.*

Th. I.

Objectum inveſtituræ, de qua ago, ſunt *feuda*, quæ Status ab Imperatore, & Imperio recognoſcunt, germanicè Reichs-Lehn; Synonymicè etiam vocantur feuda Principum, ap. Thom. Michael. *d. Juriſdict. th.* 19. & ap. Sixtinum. *d. Regal. L.* 1. *c.* 3. *n.* 7. & 10. Feuda majora, abſolutæ poteſtatis, illuſtris dignitatis, it. feuda titulata Roſenth. *in Synopſ. feud. c.* 2. *concl.* 1. *n.* 4. Ea *in cap.* 1. *th.* 7. nominavi Fahnen- und Scepter-Lehn. Homonymiam iſtorum feudorum vid. ap. Reink. *d. R. S. & E. L.* 1. *cl.* 4. *c.* 16. *n.* 28. definio autem ea, quod ſint *feuda Regalia, quæ Imperator ipſe, vel per alios, ſuo & Imperii nomine Statibus Imp. confert, eosque ad fidelitatem ſibi, & Imperio praſtandam per illa obſtringit.* Dixi, *feuda Regalia*, quia horum conceſſione ex concedentis poteſtate & voluntate, inveſtitis regalis dignitatas h. e. ſingu-

la-

Digitized by Google

laris præeminentia, & ad Reges prope accedens poteſtas confertur. D. Sweder. *in ſua Introd. I. P. part. ſpec. Sect.* 1. *c.* 9. §. 1 De perſonis tam feuda conferentibus, quam ea per inveſtituram accipientibus in *Cap.* II. & III. tractavi. Fidelitas, quæ Imperatori & Imperio præſtari debet â Statibus, ex fidelitatis Juramento patet,

Th. II. Divido, *feuda*, quæ jam definivi, in *Eccleſiaſtica* per quæ non intelligo munera Eccleſiaſtica, quæ perſonis Clericis cathol. relig. â Pontifice in Germania dantur, ſed territoria, quæ ipſis ab Imperatore in feudum ſub Principatus titulo cum omnibus Juribus ſuperiorit. & regalibus conceduntur. vid. Schütz. *d. Stat. Rei Rom. Vol. I. diſp.* 6. *th.* 11. *in fine* & *Secularia, Eccleſiaſtica* germanice vocanrur Scepter-Lehn/ quod inveſtitura eorum per Sceptrum fieri ſolebat. Reink. *de R. S. & E. L.* 1. *d.* 4. *c.* 16. *n.* 9. Olim ab Imperatore fiebat per baculum & annulum, quomodo ceſſavit vid. D. Swed. *Intr. J. Pl. P. S. ſect.* 1. *c. d.* §. 2. & *Sect.* 2. *c.* 6. §. 4. 5. De uſu moderno inveſtituræ *vid. caput ſequens. Eccleſiaſticorum* feudorum tres conſtituto claſſes, quarum I. ARCHIEPISCOPATUS II. EPISCOPATVS III. ABBATIAS continet. Antea in Imperio VII. fuere ARCHIEPISCOPATUS, hodie ſunt V. quorum III. Eccleſiaſtici Electoratus, ut MOGUNTINENSIS, TREVIRENSIS & COLONIENSIS, deinde Archiepiſcopatus SALISBURGENSIS & VESONTINUS, de quibus vid. Speid. *in ſpec. Jurid. hiſt. polit. verb.* Ertz-Biſchoff. Reliqui duo MAGDEBURGENSIS, & BREMENSIS ſecularem induerunt qualitatem. Bremenſem enim poſſidet *vi* §. 7. *art.* 10. Inſtr. *Pac. Oſnabr.* REX SVECIÆ ſub Ducatus titulo tanquam perpetuum & immediatum Imperii feudum MAGDEBURGENSEM totum per §. 6. *art.* 11. *dict. Inſtr. Pac.* cum omnibus eò pertinentibus territoriis, Regalibus, Juribus, privilegiis, & bonis ſecularibus, & Eccleſiaſticis quocunque nomine vocatis, exceptis quatuor præfecturis, Querfurt/ Gütterbock/ Dam/ & Borck/ *dict. Inſtr. Pac. art.* 11. §. 9. SERENISSIMUS & POTENTISSIMUS ELECTOR BRANDENBURGICUS, DOMINUS MEUS CLEMENTISSIMUS, quod ad promovendam pacem GERMANIÆ univerſalem Juribus ſuis in Pomeraniam citeriorem

Digitized by Google

rem, & Rügiam ac Ditiones locaque in ulteriori Pomerania ceſſit, pro ſuis poſteris & ſucceſſoribus hæredibus & agnatis maſculis in FEUDUM PERPETUUM ſub titulo DUCATUS accepit, cujus poſſeſſionem etiam Domino AUGUSTO. Duc. Sax. & Archiepiſcoporum ultimo d. 4. Jun. 1680. piè mortuo vocantem, optimo Jure ac authoritate propria apprehendit. Præſtet ergo DEUS, ut ſub EJUS CLYPEO & SCEPTRO Hic DUCATUS MAJORA indies INCREMENTA capiat, bella, & omnis generis mala ab EJUS finibus longe abſint, quo incolis conſtanti PACE ac dulci QUIETE frui, omnique FELICITATUM genere exuberare integrum ſit, imò per infinitam ſeculorum ſeriem à SERENISSIMA DOMO BRANDENBURGICA HIC DUCATUS ſydere regatur auſpicatiſſimo.

Th. III. *Secundam* claſſem feud. Eccl. abſolvunt EPISCOPATUS. Tertiam ABBATIÆ. Quot & quinam ſint ſinguli Epiſcopi. vid. Spreng. *Jurispr. publ. p. 356. ſeq.* Caſp. Bruſchius *d. Epiſcopat. German.* Reink. *d. R. S. & E. L. 1. cl.* 4. §. 21. Wehnerus. *in obſerv. pract.* voc. Reichs-Stände. Dn. Swed. *Intr. I. P. part. Spec. Sect. 2. c. 6.* §. 9. Inter hæc feuda Eccleſiaſtica Epiſcopatus ſcl. numerant etiam ea, quæ Magiſter Ordinis Equitum Teutonicorum ab Imperatore & Imperio tenet Reink. *d. R. S. & E. L. 1. cl. 4. c. 21.* Quoad Abbatias, diſtinguo eas in *majores* Gefürſtete Abteyen / & *minores*, quorum Abbates communiter Prælaten dicuntur Rümelin. *ad A. B. p. 2. diſp. 3. th. 4.* His accenſet Magiſtrum Ordin. S. Johann. Dn. Swed. *Introd. I. Publ. part. Spec. 2. c. 6.* §. 10. ulterius de Abbat. vid. Bruſchius *d. Epiſcop. Germ.* Spreng. *in Jurispr Pl. p. 356.*

Th. IV. Alterum membrum diviſionis meæ anteced. th. 2. poſitæ ſunt *Secularia* feuda, vulgariter Fahnen-Lehn/ de quibus vid. Reink. *d. R. S. & E. L. 1. cl. 4. c. 16. n. 7. 11. 12.* Speid. *in ſpecul. Jurid. hiſt. polit.* verb. Reichs-Lehn; cur dicuntur Fahnen-Lehn vid. §. 7. *cap. 1.* Diſputant D. J. P. an hodiè loco vexilli in horum feudorum inveſtitura gladius ſit aſſumptus? Agam hac de controverſia *ſeq. cap.* ſunt autem *ſecularia* feuda I. ELECTORATUS SECULARES, de quibus vid. Limnæus *d. I. P. Tom. 1. L. 3. c. 2. n. 72.* Reink. *d. R. S. & E. L. 1. cl. 5. c. 6.* Rumelin. *ad*

Digitized by Google

A. B. p. 3. diſſ. 2. th. 8. Dn. Swed. *J. J. P. p. Sp. Sect. 2. c. 5. per tot.* II. ARCHI-DUCATUS AUSTRIÆ, qui in noſtro Imperio unus & ſolus eſt; de ejus privilegiis, juribus, ut & ſingulari præeminentia vid. Münſter. *Coſmograph. c. 399.* Pont. Heuterus *d. Reb. Auſtr.* Gerhard. d. Roo. *Hiſtor. Auſtriac. Cuſpian. Auſtr.* Reink. *d. R. S. & E. L. 1. cl. 4. c. 10.* III. DUCATUS e. g. Ducatus Saxon. Ducat. Brunſwig Lüneburg. Ducatus Magdeb. &c. vid. ulterius D. Sweder. *J. J. P. part. ſpec. Sect. 2. c. 7.* §. 10. IV. PHALTZGRAVIATUS, qui eſt Principatus Palatinatus nomen & characterem habens, indeque is, qui de eo eſt inveſtitus, dicitur Comes Palatinus, ein Pfaltz-Graff; qualis hodiè Comes Palatinus Rheni, der Pfaltz-Graff am Rhein. vid. *ulc. d. Comit. Palat.* Pithæus *ſingul. libell.* Marq. Freher. *d. Orig. Palat.* Dn. Schubartus. *in Exerc. hiſtor. d. Com. Pal.* V. LANDGRAVIATUS, qui diſtingv. inter Landgraviatus principali dignitate ſplendentes, v. g. Landgr. Thuring. Haſſiæ, de quibus vid. Reink. *de R. S. & E. L. 1. cl. 4. c. 13. n. 20.* & eos, qui comitatibus annumerantur, uti Stülingen / Bare / Glackau. VI. MARCHIONATUS v. g. Marchionatus Brandenb. Miſnenſis, Badenſis. VII. BURGGRAVIATUS, qui non ſunt unius generis, quidam enim ſplendent dignitate Principali, ut Norimb. Magd. Rheineccenſ. & Stromburg. Reink. *d. R. S. & E. L. 1. cl. 4. c. 13. n. 44.* Alii dignitatis minoris ſunt, & Ordini Comitum & Baronum adſcribuntur, uti Burggravii d. Dohna VIII. PRINCIPATUS in ſpecie ſic dicti, uti Principatus Anhaltin. plura vide ap. D. Swed. *Intr. J. P. P. Sp.* Sect. 2. c. 7. n. 19. 20. IX. COMITATUS & BARONIÆ. Comitat. alii ſunt principales Comitatus Gefürſtete Graffſchafften / ut Henneberg. quorum Principibus accenſentur. Alii Imperii Comitatus, Reichs Graffſchafften / qui immediatè ab Imperio & Imperat. in feudum recognoſcuntur, alii ſubordinati, reſpectu quorum Comites aliorum Statuum Landſaſſii ſunt; vid. ult. *d. Comitat.* Mager. *d. Advoc. Armat. c. 6. n. 77. & 78. & ſeqq.* BARONIÆ etiam ſunt diverſi generis, harum enim aliæ immediata Imperii feuda ſunt, reſpectu quarum Barones Imp. Status habentur. Aliæ ſunt mediatæ, quas Barones ab aliis Statibus vel Principibus in feudum accipiunt.

piunt. Inſuper Barones Baronias ab Imperio & Imperat. ut immediata feuda recognoſcentes, excepta dignitate Ordinis & præcedentiæ, ſecundum receptam Germaniæ conſuetudinem cum Comitibus æquiparari, iisdemque Juribus & privilegiis frui exiſtimo, vid. Mager. *d. Advoc. armat. c. 6. n. 87. & 96.* Schrad. *conſil. 13. n. 172.* verſ. quia Barones, ulterius vid. D. Eyben *in elegantiſſ. tract. d. tit. nobil. th. 7. 8. ſeqq.* Opus quidem fuiſſet, ut de quovis diviſionum mearum membro latius & explicatius egiſſem, ſed inſtituti ratio id admittere noluit, & brevitas pergere jubet ad

CAPUT QUINTUM.

Quomodo Status inveſtiri ſoleant.

SUMMARIA.

Theſ. I. *Ritus circa inveſtituram ſolent adhiberi.* II. *Uti ſunt varia ſigna ſeu Symbola.* III. *Nudato capite ſolet fieri inveſtitura, & adhiberi teſtes.* IV. *Præſtatur juramentum, & peraguntur ſolennia in Aula Imperator.* V. *Dantur litteræ inveſtituram probantes, & pro iis ſolvitur Officialibus certa pecuniæ ſumma.*

Th. I.

Ut nihil conſummationi deſit, ſolent in tanti momenti actibus certæ adhiberi ſolennitates, tam ad illuſtrandam rei ipſius dignitatem, quam publicum rei ſic revera geſtæ teſtimonium. Quemadmodum enim Hierologia ſeu benedictione ſacerdotali conſummari dicitur matrimonium, ita etiam per inveſtituram ſolennem quaſi traditur res feudalis, & per eam publicatur quaſi & in externam componitur perfectionem.

Th. II. Ritus illi & Symbola varia ſunt, modò *Annulus* & *Baculus* modò *gladius* ſive *Enſis*. Feuda *Eccleſiaſtica* majora in Imperio noſtro annulo & baculo ſive pedo paſtorali ab Imperato-

rato-

ratoribus, poſteà verò his Symbolis Pontifici Romano ceſſis, ſceptro, & *Secularia* vexillo collata ſunt. vid. *Specul. Saxon.* Lib. 3. art. 60. Lehmann. *in Chronic. Spirenſ. Lib.* 5. *cap.* 104. refert. Imperatorem Rudolphum I. per attactum Crucifixi feuda contuliſſe; ibi: zu Aach bey der Crönung / hat König Rudolph an die Stände des Reichs begehret / daß ſie Ihm Huld und Treu ſollen ſchweren / wie von Alters bey der Crönung herkommen / welches ſie verweigert / weil der Zepter ohngefehr nicht bey handen geweſt. Der König hat ein klein Crucifix von Altar ergriffen / und geſagt: Sehet / daß iſt das Zeichen deſſen / durch den wir / und die gantze Welt ſeelig worden / daß ſey an ſtatt eines Zepters / darauf Geiſtliche und weltliche Fürſten durch das Crucifix ihre Lehn empfangen / und dem König gebührende Huld geleiſtet. Hodie inveſtiturarum renovatio tam in feudis *ſecularibus*, quam *eccleſiaſticis*, iisdem ſolennitatibus, evaginato ſcl. gladio, ut inveſtiendis extremum capuli conum oſculetur, peragi ſolet. vid. Winzler. *d. Jurisd. Epiſcop. Germ. tit.* 25. *in fin.* Reinking. *d. R. S. & E. L.* 1. *cl.* 4. *c.* 6. *n.* 16. Et gladio Electorem Moguntinum anno 1654. fuiſſe inveſtitum tradit Limnæus. *d. I. P. Tom.* 2. *add. ad L.* 4. *c.* 7. *n.* 247. Varias inveſtituras collegit Goldaſtus *in Polit. Imper. part.* 6. *p.* 360. *ſeq.* ulterius vid. Carpzov. *d. Leg. Reg. c.* 10. *ſect.* 9. *n.* 25. Londorp. *tom.* 2. *act. publ. Lib.* 6. *c.* 178. Hortleder. *lib.* 1. *d. Cauſ. bell. Germ. c.* 3. *p.* 614. Hoc quæſtionis eſt, an idem etiam in prima, nova & ſolenni inveſtitura obtineat? Doctoribus J. P. hac in controverſia non una mens eſt, Gerl. Buxtorff. *ad A. B. th.* 69. *L. a.* & Sebaſt Cuno *diſp. d. Inveſt. nov. feud. th.* 44. inter diſp. Baſil. *Vol.* 2. Myler. *Archolog. c.* 15. *num.* 5. 6. putant *Eccleſiaſt. feud.* collationem ab Imperatore per Sceptrum fieri debere. Illuſtri Rhetio in ſuis *Inſtit. I. P. G. R. L.* 2. *tit.* 29. § 4. placet eorum opinio, qui ſtatuunt, renovationem inveſtituræ tam *Eccleſiaſt.* quam *Secular.* feudorum perfici per *gladium*, novam autem inveſtituram, quando ſcl. feudum confertur novum, in Secularibus per *Vexillum*, in Eccleſiaſticis per *Sceptrum* fieri debere. Quo potiſſimum Symbolo hodiè feuda conferri queunt, non tam Juris eſt, quam facti, aut voluntatis Domini feudi, quia hic ritus eſſentialis non eſt. Magnificus Dominus

Digitized by Google

nus Schilter *in ſuis prælect.* ſuper *Illuſtr. Rhet. Inſt. I.* P. G. *L.* 2. *tit.* 29. §. 4. Uſus ergo, ſi à Cæſarea Majeſtate nova ſit infeudatio, aſſpiciendus eſt.

Th. III. Petunt autem Imp. Principes & Status hodie inveſtituram non ipſimet, ſed plerumque per Legatos, qua ex ratione vid. D. Swed. *Intr. J.* P. *part. Sp. Sect.* 1. *c.* 9. §. 6. *in med.* interim tamen cum debita reverentia, capite nudato, depoſitis armis, atque humili geſtu; id quod obſervatur, ſive coram Imperatore, ſive coram aulico Conſilio, ſive in propria perſona, ſive per procuratorem feudi recognitio petatur. Uti annotavit Myler. *d. Princ. & Stat. Imp. c.* 92. §. 5. Etiamſi autem inveſtituræ actus ita inſtruitur, exinde tamen non pro indicio ſubjectionis ſtrictè ſic dictæ, ſed pro reverentiæ ſigno iſtam inveſtituræ petitionem eſſe habendam, Doctores *J. Publ.* volunt. vid. Matth. Steph. *d. Jurisdict. Lib.* 2. *part.* 1. *c.* 1. *membr.* 1. *n.* 88. Cluten. *in Syllog. concl.* 30. *lit. c.* Beſold. *in Theſ. pract. voc.* Belehnung. Quo etiam tendit reſponſio Petri Sabaudiæ Comitis, de quo Camerarius, *cent. I. horar. ſucciſ. cap.* 6. *in fin.* refert, eum apud, Ottonem IV. Imp. aut ut alii volunt Rudolphum I. feudum petiturum apparuiſſe induplici veſtitu; dextro enim in latere ſe veſtibus inauratis, ſiniſtro verò armis ornaverat lucidiſſimis, &, cum Imperator eum interrogaret, quid diſtincto indicaret hoc habitu, hoc dediſſe reſponſum: in dextra geſtare ſe aurum ad honorandum Majeſtatem Imperatoriam in ſiniſtra vero ſe eſſe armatum, ut pugnaret contra malevolos & Imper. obtrectatores. Adhibentur quoque dum actus inveſtituræ Feud. Imp. celebratur teſtes, id quod probant exempla inveſtituræ Mauritii Saxonis & Maximiliani Bavarici Electorum: de priori enim refert Sleidan. *de ſtat. relig. & reipubl. Lib.* 2. *p.* 352. eum ſecum teſtes adduxiſſe Heinricum Ducem Brunſvicenſem, Wolffgangum Electoris Palatini fratrem, & Albertum Ducem Bavariæ.

Th. IV. Tres diſtinctas Juramenti formulas olim adhibitas eſſe, ait Sigonius *Libr.* 7. *d. Regn. Ital.* & Limnæus. *Jur. P. Lib.* 4. *c.* 7. *n.* 37. Tenorem Juramenti, quo Imp. Status ad fidem præſtandam Imper. & Imperat. ut Vaſallus ſe obligat cum Wa-

rem

Digitized by Google

rem. ab Ehrenberg. *meditament. pro fœder. Lib. 2. c. 1. n. 61.* & Limn. *tom. 5. L. 4. c. 7.* refert Magnif. Dn. Stryk, *in append. ad Exam. Jur. feud. num. 14. 15. 16.* Antequam autem is, qui inveſtituram petit, jurat, juramenti formulam ex Cancellaria liberè petere poteſt. Sprenger. *in Lucern. c. 2. p. 160.* Fit autem Juramenti præſtatio ab inveſtiendo vel in ipſa perſona, vel in aliena, ab eo ſcil. qui ſpeciale habet mandatum. *C. un. per quos fiat inveſtitura.* Gothofr. Anton. *diſp. feud. 4. c. 4. n. 25. & ſeq.* Et ſi Juramentum forſan remittitur, Vaſallus nihilominus ad omnia, quæ in Juramento fidelitatis comprehenduntur, Domino obligatus manet. Schrader. *Part. 6. d. feud. c. 7. n. 14. & 17.* Olim Principum & Comitum inveſtitura fiebat in Comitiis publicis, vel aliàs in ſolennibus Imper. conventibus, theatro ſub dio exſtructo, Sprenger. *in lucern. mod. ſtat. p. 178.* Carpz. *d. L. Reg. cap. 10. Sect. 9. n. 10. ſeqq.* Limn. *d. J. P. L. 4. c. 7. n. 36.* Hodiè ſi excipiuntur nonnullæ novorum feudorum inveſtituræ, omnes fere Imper. feud. renovationes in aula Imperatoris ubicunque locorum iſta tum temporis fuerit, & ſi Viennæ eſt, in illo conclavi, quod vocant die Ritter-Stube / fieri, docet experientia, niſi pactione, vel privilegio diverſum ſit receptum; Sic *Archiduces Auſtriæ*, ex ſingulari privilegio Friderici I. Imper. non ſolum equo inſidentes capite tecto à Cæſare inveſtiuntur, ſed & hoc habent peculiare, ut extra Auſtriam feuda ſua requirere non teneantur Cuſpian. *in vid. Frider. II. Imper.* Dn. Sweder. *Intr. J. P. part. Spec. ſect. 1. cap. 9. §. 6. in fin.* Simili privilegio gaudet *Rex Bohemiæ*, ne ultra decimum quintum milliare germanicum extra regnum inveſtituram petere adſtrictus ſit. Goldaſt. *d. Regn. Bohem. L. 3. c. 14.* Sancitum autem eſt Imper. conſtitutionibus, ut Renovatio inveſtituræ petatur toties, quoties aliqua mutatio circa perſonam Domini & Vaſalli accidit, & quidem juſto tempore intra annum & diem in ſecularibus à die vacantiæ, in Eccleſiaſticis autem feudis à die Electionis vel poſtulationis computandum; interim tamen feuda non amittuntur, licet intra legitimum tempus inveſtituræ petitio facta non ſit, ſi modo omiſſio qualicunque ratione queat excuſari; vid. Weſenbec. *P. VI. Conſ. 261. n. 6. ſeq.* Solet etiam interdum ab Imper. pro-

Digitized by Google

rogatio termini ſive feudale indultum Vaſallo concedi, id quod in tutoribus Illuſtr. Imp. Vaſallorum etiam obtinet, vid. Magnif. D. Schilter. *Exerc. ad Pand.* 37. §. 8. Adipiſcitur inſimul aliquo Imper. ſtatu demortuo, ejus ſucceſſor ante renovatam à Cæſare inveſtituram territoriorum ſuorum adminiſtrationem & Jus ſuffragii in Comitiis. vid. Illuſtr. Rhet. *Inſt. J. P. G. R. L.* 2. *tit.* 24. §. 9.

Th. V. Majoris teſtificationis cauſa dantur litteræ inveſtit: Germanicè ein Lehn-Brieff / Inſtrumento primæ inveſt. ſimiles vid. *Cap. Math. art.* 40. *Ferdin. II. art.* 39. *III. art.* 42. *Leopold. art.* 39. & ſolvitur pro redimendis inveſtituræ litteris & adhibitis operis den Lehn-Brieff aus der Reichs-Hoff-Cantzeley / und den Lehn-Tax zu erlegen / certa pecuniæ ſumma officiariis Imperii vel Imperat. *XI.* A. B. *c.* 29. §. 2. 3. Magiſtro ſcl. curiæ qui poſtmodum inter cæteros officiales eam diſtribuit; hodiè Cancellariæ, nec non inferioribus Aulæ miniſtris ſuam portionem immediatè ſolvi tradit Limnæus *de J.* P. *Lib.* 4. *p.* 434. *ſeq.* De quanto verò & taxa dignitatum Imperii, nec non reliquis ſolennitatibus ac Juramentorum formulis vid. *appendix adjecta exam. Jur. feud. Magnif. D. Stryk.* Liberi verò ſunt à ſolutione dictæ pecuniæ Electores *p.* §. 1. *c.* 29. *A. B.* præmio tamen aliquo ex mera liberalitate eos, qui præſtant operam, mactare ſolent, nec minus Archiduces Auſtriæ ex privilegio Frider. Imp. vid. Limn. *L.* 5. *J. P. c.* 2. *n.* 30. de electis & poſtulatis autem Auguſtanæ confeſſionis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Prælatis ſpeciatim diſpoſitum *in J. P. art.* 5. §. 21. quod ultra taxæ ordinariæ ſummam inſuper ejusdem dimidium pro infeudatione pendere debeant. Inſuper hæ erogationes amplius non ſub titulo taxæ, ſed honorarii vulgò Lehn-Regalien exſolvuntur. Myler. *d. Princip. & ſtat. J. G. c.* 92. *in fin.*

CAP.

Caput Sextum.

De
Effectibus inveſtituræ Imperialis.

Summaria.

Theſ. I. *Effectus infeſtit. Imper. reſpect. inveſtientis & inveſtiti.* II. *Inveſtitura abuſiva non tribuit Jus in re, ſeu dictum utile dominium, ſed tantum Jus ad rem.* III. *Status vigore utilis domin. exercent ſuperioritatem territorialem.* IV. *Effectus inveſtituræ reſp. plurium, quæſtio de Jure cognoſcendi in feudor. Imp. controverſiis.*

Th. I.

Effectus Infeſtituræ Imp. concernunt vel Inveſtientem, vel inveſtitum. Imperator enim tenetur rei traditionem petenti eam vel actu præciſe tradere, vel permittere, ut Vaſallus poſſeſſionem ejus apprehendat; 2. *feud,* 26. §. *ſi facta*, quia actus correſpectivus eſt, ita ut quemadmodum Vaſallus fidem juratam promittit rei, in qua eſt infeſtitus, ita Dominus etiam obligatur ad hanc præſtandam. Traditio enim eſt poſſeſſionis translatio. *l.*28. *ff. d. V. O.* Ut verò tradatur feudum, requiritur vacua poſſeſſio. *c. unic. in fin. d. nov. form. fid. feud.* 7. Domini tamen introductionem ſemper exſpectare non tenetur Vaſallus, ſed poteſt rem feudalem poſt impetratam inveſtituram, ac præſtitam fidelitatem, occupare & poſſeſſionem vacantem apprehendere authoritate propria, idque ex tacita Domini voluntate. *per c. in pr. d. conſuet. rect. feud.* 2. *f.* 33. Infeſtitus, ſi inveſtitura propria eſt, utile nanciſcitur dominium. *c. un.* §. *rei autem d. inveſt. de re aliena facta* 2. *f.* 8. Ubi ita inquit feudiſta: *Rei autem per beneficium rectè inveſtita Vaſallus hanc habet poteſtatem, ut tanquam Dominus poſſit à quolibet poſſidente ſibi quaſi vindicare.* Ideoque & ipſi rei vindicationem utilem tribuit, quæ Dominium præſupponit.

Th. II. Abuſivè inveſtitus, ſi verbaliter inveſtitura facta

Digitized by Google

ſit, h. e. ſi Dominus Vaſallo territorium in feudum aſſignans, dicit: Vade in poſſeſſionem illius loci, & tene eum pro feudo 2. *f.* 33. regulariter non jus in re, ſed tantum ad rem tribuit. Matth. d. Afflict. *ad* 2. *feud.* 7. §. 1. *n.* 2. Dico *regulariter:* nam ſi abuſiva facta ſit in re præſenti, ſive oculis ſubjecta, dominium utile ac poſſesſio translata intelligitur. Matth. d. Afflict. *d. l.* 2. *f.* 2. *n.* 1. vel quando Dominus Symbolo interveniente aliquem jubet habere & tenere prædia, quæ jam ante ex cauſa quadam v. g. depoſiti, locati tenet *arg. l.* 9. *§.* 5. *ff. d. acquir. rer. dom.* vel ſi diſerte aliud actum eſſe appareat, & in contrarium Imperatoris voluntas manifeſta ſit, ſola abuſiva inveſtitura ipſius rei, præſens an abſens ſit, nihil inter eſt, modo vacua fuerit, poſſeſſionem atque dominium transferri exiſtimat Dn. Itterus *d. feud. Imp. c.* 9. *th.* 50. Quod ſi verò Dominus porrecto ſymbolo ſaltem dicat, ſe inveſtituram facere de re, quam vel ipſe posſidet, vel alius Vaſallus in caſum mortis hujus ſine liberis conceptam, hiſce caſibus nec poſſesſio, nec dominium utile transfertur Dn. Tabor *in Ichnograph. doctrin. feud. p.* 1. *n.* 32.

Th. III. Vigore utilis illius dominii Status Imper. Vaſalli exercent ſuperioritatem territorialem, ſiva avtocratica poteſtate regunt ſubditos ſuos, ita, ut quod Ipſe Imperator in univerſo Imperio poteſt, idem ſtatus valeat in ſuis territoriis, vi cujus ſuperioritatis territorialis etiam nonnulli Imperii Principes in ſuis territoriis ſuo arbitratu de omnibus negotiis regionis, in conſultis, ſtatibus provincialibus, ſtatuere & ordinare poſſunt. Utuntur exinde ſtatus dignitate principali ſplendentes, in litteris & mandatis ſuis in ſcriptione: Wir von Gottes Gnaden / recipiunt â ſuis ſubditis homagium, quod omnes præſtare tenentur, habent Jus introducendæ & reformandæ religionis, cujus enim eſt regio, ejus eſt religio, modo non contra leges Imperii fundamentales hiſce in ſacris negotiis aliquid fiat, condunt ſtatuta ſeu Jura provincialia, judicia inſtituunt, edicta, mandata, & inhibitiones publicant, indicant comitia provincialia, imponunt ſuis ſubditis contributiones, exercent operas angaricas & parangaricas, gaudent Jure belli ac pacis, fœderum, atque mittendorum Legatorum, & quæ plura ſunt alia, de quibus

paſſim

Digitized by Google

paſſim Publiciſtæ. Interim tamen etiam ex inveſtiura feud. Imper. hoc ſequitur, quod Vaſallus ſtatus Imperio debeat eſſe fidelis, ſcilicet *ſicut Vaſallus* eſſe debet. *c. un. qual. jur. deb. Vaſall.* Eſſentiale enim feudi fides eſt 2. *f.* 5. quæ tamen fidelitas vaſallitica ab omnibus aliis rebus, quæ etiam fidem exigunt, ſecernitur. De Officiis reliquis ac debitis, quæ ſtatus ut Vaſallus præſtare tenetur, vid. Itterus *d. feud. Imp. c.* 18. 20. 21. Myler. ab Ehrenbach *d. Princ. & ſtat. J.R.G. c.* 94 95. *& ſeq.* Limnæus. *Lib.* 4. *Jur. P. c.* 7.

Th. IV. Reſpectu plurium inveſtitorum effectus eſt, ut inter hoſce communio oriatur ad Jus ſuccedendi, hocque transmittatur ad deſcendentes, ſi ergo poſſeſſorum unus rem feudalem alienaverit, conveſtitus vi ſimultaneæ inveſtituræ eam revocare poteſt, Obrecht. *d. feud L.* 2. *c.* 9. *n.* 12. *& ſeq.* Exemplum ſimultan. inveſt. feud. Imp. vid. in Magnif. Dn. Stryck. *Exam. Jur. feud. append.* Spes etiam acquirendi feudi in ſucceſſores tranſmittitur per exſpectativam, durch eine Lehns-Expectanz. vid. Illuſtr. D. Struv. *Syntagm. Jur. feud. c.* 7. *aph.* 4. & Magnif. D. Stryck. *d. Expectativ. c.* 5. *& 6.* ejusmodi expectativam obtinuerunt à Frid. Imp. anno 1470. & 1427. cum conſenſu Electorum in Ducatum Megapolitanum SERENISSIMI MARCHIONES BRANDENBURGICI. Limn. *Tom. I. add. ad V.* 7. 85. 826. & à Carolo V. in Ducatum Holſatiæ vid. Spreng. *in Lucern. c.* 2. *p.* 101. Effectibus inveſt. Imp. poteſtas cognoſcendi & judicandi in controverſiis feud Imp. regal. annumerari poteſt; ſed an ſolus Imperator, excluſis & in conſultis Imp. ſtatibus, hisce in cauſis judicare & aliquid ſtatuere queant? controvertitur inter Doctores *J. Publ.* qui hac in quæſtione diverſas fovent ſententias; alii horum pro Imperatore ſolo, alii pro Imp. ordinibus militant. Si ſtatus & forma Reipublicæ noſtræ, ut & ſanctionis pragmaticæ ac uſus modernus conſiderantur, locum invenire videtur eorum opinio, qui curiæ paribus Electoribus nimirum & Imp. Principibus partes judicandi & decernendi in his controverſiis non denegant.

Digitized by Google

Caput Septimum.

De
Affinibus Juris inveſtiendi.

SUMMARIA.

Th. I. *Inveſtituræ Imperiali ſimile eſt Jus protectionis. Hoc Imp. ſtatibus etiam competit.* II. *Confirmatio Cæſar. privileg. huc referri poteſt.*

Th. I.

JUri inveſtit: ſimile eſt *Jus protegendi*, quod eſt Protectori in Clientem. De eo vid. D. Bœckel. *d. Jur. Prot. Clien.* Mager. *d. Advoc. arm.* Inter Protectorem autem & Clientem mutua fides, ac communis utilitas ſemper eſſe debet, & decet Patronum, ut verbis ac armis defendat Clientem, hic vero obligatus eſt Protectori exhibere honorem & reverentiam, nec poteſt revocare Jus Protect. ſine juſta cauſa invito Protectore, niſi ad certum tempus ſit contractum; ideo Civitas Imp. Wezlar à Principe Haſſiæ ſuo Protectore aliquando ſeceſſionem fruſtra tentavit. Beſold. *Diſſ. d. Jur. fœd. c. 5. n. 15.* Status Imp. habent etiam Jus Clientelare active, ac paſſive, & hoc abſque Imperat. conſenſu exercent tam inter ſeipſos, quam cum exteris. vid. *Conſt. Pac. Pl. d. anno* 1548. von Echtern *R. J. d. an.* 1555. *§.* es ſoll auch *Limn. J. P. c. 8. n. 72.* Lehmann *Chr. Spir. Lib. ult. c. 75. r. 119.* Bœckel. *d. Jur. Protect. c. 3. n. 44. ſeq.*

Th. II. *Privilegior. Cæſareor. Confirmatio* huc etiam ſpectat; qualem præſertim Civitates Imp. petere ſolent, earumque Magiſtratus & Cives Imperatori a. Ejus Commiſſario præſtant homagium. Sprenger. *in Lucern. modern. ſtat. Imp. p. 237. & fontib. J. Pl. p. 1392.* Uti anno 1662. Illuſtriſſimo Comiti Swarzburgico Lineæ Sondershuſanæ tanquam Commiſſario Cæſareo Civitates Imper. Nordhuſam & Goslariam homagium præſtitiſſe, conſtat.

Cap.

Digitized by Google

Cap. Octavum & Ultimum.
De Contrariis.

SUMMARIA.

Th. I. *Inveſtiturâ omiſſâ feudum periclitatur.* II. *Status ob crimen læſæ Majeſt. & perduellionis ſuo feudo privatur.* III. *Exemtione nonnul. deſiêre eſſe, ſtatus, nec feuda amplius ab Imperio recognoſcunt.*

Th. I.

QVo minus ad inveſtituram noviter poſſit pervenire ſtatus, cauſa eſt obſervandorum omiſſio. Status enim debito tempore feudi devoluti renovationem petere debet, niſi toto feudo velit periclitari. Nam aliquot Principes ob omiſſam renovationem litigiis ſeſe involviſſe conſtat; niſi Imperator à ſtatu recognitionem receperit, vel ei denunciarit, ut faciat recognitionem, vel præſtet debita adeo, ut ſi ſuum fidelem nuncuparit, remiſſum cenſeatur delictum. Roſenthal. *d. feud. c. 6. concl. 62. n. 3.*

Th. II. Crimen læſæ Majeſtatis ac perduellionis facit, ut inveſtitura, ac bonis feudal. indignus quis fiat, quæ tamen non fiſcus, ſed agnati accipiunt. Myler. ad Rumel. *A. B. p. 3. Diſſ. 4. th. 7.* filii vero ſi adſunt, non excluduntur Roſenth. *Syn. feud. c. 11. concl. 9. n. 10. ſeq.* Hinc duo Electores SAXO ET BRANDENBVRGICVS contra Friderici Palatini proſcripti filiorum excluſionem à feudo Electorali proteſtati ſunt. Dn. Rusdorff. *in vindic. cauſ. Pal. c. 10. n. 41.* Imperator in bannum Imper. ſtatum declarare ſine Elector. conſenſu non debet. Carpz. *d. L. R. c. 9. ſect. 10. n. 21. ſeq.* de reliquis feloniæ ſpeciebus vid. Ludw. *in Synopſ. J. f. c. 16. 17. 18.*

Th. III. Refero huc Imp. exemptionem vi cujus aliquot Princeps, qui feuda ab Imp. Germ. recognovere, & ſtatus fuere, tales eſſe deſierunt. Ut taceam Italiæ Principes vid. Excel. D. Præſidis *Diſſ. d. Legat. Princ. Germ. c. 3. th. 11.* Landgraviatum Alſatiæ, cum Præfectura Hagenoenſi, Epiſcopatu Metenſi, Tullenſi, & Verodunenſi in refuſionem bellicorum ſumtuum

cum

Digitized by Google

cum omni Jurisdictione & ſuperioritate territoriali Coronæ Gallicæ incorporatum eſſe, ex pacificatione Oſnabr. inter Cæſar. Maj. & Gall. Regem luculenter patet. Hic ſubſiſto, contentus hiſce velis, BENEVOLE LECTOR; Non nego hanc materiam prolixiori ac ſolidiori calamo elaborari debuiſſe, ſed peto TE ſubnixe, prolata mea æqui bonique conſulere velis.

DEO SIT LAVS HONOR ET GLORIA!

FRuctus ſuam commendat arborem: Stellam
Radius ſerenus indicat: Tuæ mentis
Præſtantiam laudabilis docet fœtus.
Si pergis, optimam Tibi ominor laurum!

Boni ominis ergo ſcr.

PRÆSES.

INveſtituram qualinam Cæſaris Aula
Conſverit ritu condecorare, doces.
Aſpicit hoc virtus, inveſtituraque honore
Te, decus ex meritis præparet illa Tibi.

Hac animo gratulab. ac in perpetuam ſui memoriam apponere voluit.

BIBLIOTECA ... ROMA

CHRISTIAN LUD. FERD.
de OEYNHAUSEN.

(o)

Digitized by Google